

IN DE VITA MONASTICA. Fo. XL.

amodō nequaquam siant, Sed quicquid parsimonia defuncti prælati coacēt
natum ac relictum fuit, vel necessarijs vīibus ecclesiæ, aut successorum, aut
pauperum eius regionis, vbi religiola ista domus sita est, applicetur.

De vita & conuersatione monachorum. Cap. XV.

Et ut reuertamur ad monachorum vitam, haud ignorare debent Conc. Ex Concil.
Caledonii. Cœlum Calcedonensi cautum, monachos oportere quieti operam dare,
ieiunia & orationes obseruare, in his locis, in quibus se semel deo deuouer-
runt, remanere, nullas ecclesiasticas seu seculares actiones tractare, nunquam
sua monasteria relinquere, nisi forsitan ob ingentes necessitates id facere a suo
episcopo iubeant, ne nomine dñi blasphemet. Quare libertas illa peregrinandi
seu exeundi, prætextu inuisendi parētes, moderanda seu penitus tollenda erit.

Monachorum studia atque exercitationes quales esse oporteat. Cap. XVI.

MOnachus & monacha amare debent scripturarum scientiam, & car-
nis vitia non amare. Psalterij librum de manu aut oculis nunquam de-
ponere, semper orare, sensu vigilare, vanis cogitationibus aditum preclude-
re, corpore pariter & animo in deum tendere, iram patientia vincere. Breui-
ter, nullis animi perturbationibus (quæ si insederint, ad delictum maximum
inducunt) locum dare, Semper aliquid operis facere, vt eos diabolus semper
inueniat occupatos. Et ut multa sint quæ manibus operari liceat, libros ta-
men sacros describere ipsis maxime conuenire, vt & manus operetur cibos,
& lectione anima saturetur. Porro Aegyptiorum monasteria hunc morem
seruasse leguntur, vt nullum monachum absque opere & labore suscep-
rent, non tam propter victus necessaria, quam propter animæ salutem, ne
permitiosis cogitationibus vagarentur, neve instar fornicantis Israel, omni Hieros.
transuenti diuariarent pedes suos.

Monachos vagos sub custodiâ reuocandos. Cap. XVII.

MOnachi qui peruagati fuerint, vbi cunque inuenientur, tanquam fu-
gaces nostrō auxilio sub custodia reuocentur, Et si qui habitum abie-
cerint, vt eundum reassumant, cogendi.

Literas priuatas monacho aut monachæ, iniussu Abbatis resignare non licere. Cap. XVIII.

VT monachi seu monachæ literas nullas vel destinate vel recipere au-
deant, absq[ue] Abbatis seu Abbatissæ, aut eius qui ipsorum loco monaste-
rio præfet scientia, summa ratione olim constitutum est, sed per incuriam
abolitum, id præsenti constitutione innouandum censuimus.

Canonissarum secularium mores reformandi. Cap. XIX. Postres